



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

XIII. Vt clerici omnes senioribus suis subiaceant, & illis exeuntibus, atque ingredientibus vela subleuent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

150 PELAGIVS C O N C I L I V M M A U R I C I V S I M P E R A T O R .  
P. II. R E C C A R E D V S R E X G O T H .

pendio priuandos , reliquos distinctione strictissima  
condemnandos .

ANNO  
CHRISTI  
589.

XIII.

Hoc regulariter secundum priorum statuta Ca-  
nonum finitum est , vt tam subdiaconus quam ostia-  
rius , & reliqui , seruitium sanctæ ecclesiæ consue-  
tum absqueulla desidia impleant , & senioribus<sup>s</sup> ve-  
la ad ostia subleuent . Qui contempserit facere &  
adimplere , subdiaconos verbis corripiendos , & si  
non emendauerint , stipendio priuandos , reliquos  
flagris coercendos .

XIV.

Hoc itaque propter ampliandam fidei catholi-  
cæ disciplinam elegimus definiendum vel tenen-  
dum ; vt si qui viri ac mulieres diuinatores , quos di-  
cunt esse caragios atque sorticularios , in cuiuscum-  
que domo Gothi , Romani , Syri , Græci , vel Iu-  
dæi , fuerint inuenti , aut quis ausus fuerit amodo  
in eorum vana carmina interrogare , & non publice  
hoc voluerit annuntiare ; pro hoc quod præsum-  
psit , non solum ab ecclesia suspendatur , sed etiam  
sex auri vncias comiti ciuitatis inferat . Illi vero qui  
tali iniquitate repleti sunt , & sortes , & diuinatio-  
nes faciunt , & populum præuaricando seducunt ,  
vbi inuenti vel inuentæ fuerint , seu liberi , seu serui ,  
vel ancillæ sint , grauissime publice fustigentur , &  
venudentur , & precia ipsorum pauperibus ero-  
gentur .

XV.

Ad nos peruenit quosdam de populis catholi-  
cæ fidei execribili ritu diem quintam feriam , qui &

